UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decretum Gratiani

Gratianus <de Clusio>

Parisijs, 1542

Trigesimanona oste[n]dit q[uod] oport[et] ep[iscopu]m esse prudente[m] in negocijs secularibus, vt sua cautela reddant[ur] ecclesie inde[m]nes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

debunt, ſi aliquos antiſtites ⁊ miniſtros eccleſie forte aiaduerterint vel cū barbariſmis vel ſoloeciſmis deū inuocare vel eadē verba que pronūciāt nō intelligere[a] ꝯturbateqꝫ diſtinguere: non q2 iſta minime corrigēda ſunt, vt ppl's ad id quod plane intelligit, dicat[b] amen[c]: ſed quia pie toleranda ſunt ab eis qui didicerunt vt ſono[d] in foro, ſic voto in eccleſia benedici. itaqꝫ[e] forenſis illa[f], nonnunqꝫ forte bona dictio[g]: nunqꝫ tamē benedictio dici poteſt.

Idē ad Alexandrinū epm.

Indignum vehemēter exiſtimo vt verba celeſtis oraculi reſtringam ſub regulis donati. ‡ Idem de vera religione. Palea.

Locutio diuinarū ſcripturarum ſm cuiuſqꝫ lingue ꝓprietatem accipiēda eſt, habet eñ ois lingua quedam propria locutionū genera: que cū in aliam transferuntur, videntur abſurda.

Item Hiero. ad pāmachiū.

Eccleſiaſtica iterpretatio etiam ſi habeat eloquentie venuſtatē: diſſimulare eam debes, non fugere: vt non ocioſis philoſophorum ſcholis, pauciſqꝫ diſciplinis, et vniuerſa loquantur hoim genera. Item Clemens.

Propter opprobriū ſenectutis a paruulis ⁊ a minimis non erubeſcat diſcere eps.

Nullus eps propter opprobrium[h] ſenectutis vel nobilitatē generis, a paruulis vel minimis eruditis, ſi quid forte eſt vtilitatis aut ſalutis inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, ⁊ diſcere atqꝫ agere bona recuſat: magis diaboli qꝫ chr̄i mēbrū eſſe oſtenditur: ⁊ potius infidelis qꝫ fidelis eſſe monſtratur.

Diſtinctio.xxxix.

Ecce[i] plenarie monſtratum eſt ꝙ ſacerdotes oportet literarum tam ſacrarū qꝫ ſecularium eſſe peritos. Nunc autem queritur an ſecularium negociorū oporteat eos habere peritiam[k]. Hanc prelatis eccleſie eſſe neceſſariam multis rationib9 probat. debent prelati ſubditis non ſolum ſpiritualia, ſed etiā carnalia ſubſidia miniſtrare, exemplo chriſti: qui turbas ſequentes non ſolū verbo docebat, ſed etiam virtute ſanabat, et corporalibus alimentis reficiebat. Ut autem prelati hec omnia plene perficere poſſint, ſecularium negociorum oportet eos habere ſolertiam[l]: vt eorum cautela et eccleſie ſeruentur indēnes, ⁊ cuiqꝫ neceſſaria pro ſuo modo[m] miniſtrent. vnde quidam in epiſcopum electus a beato Gregorio pro ſua ſimplicitate repellitur, ne eius occaſione res eccleſie dilapidarentur.

Unde Grego. ſcribit nobilibus ciuibus Neapolitanis.

Secularium negociorum imperiti non ſunt in epiſcopos ordinandi.

Petrus diaconus quez a vobis electum aſſeritis: omino (vt dicitur) ſimplex eſt[n]: et noſtis quia hoc tempore talis in regiminis arce debet conſtitui, qui non ſolum

a Intelligere. Arg. ꝙ non eſt deponēdus aliqs propter imperitiam: † vt.x.q.j.placuit.
b Dicat. Arg. contra extra de fil. presby. propoſuit. vij.q.j.illud. ſed nec hic populus reſpōdet amē officiando eccleſiam vel miſſam. Et ita videtur ꝙ nec ſine miniſtro poteſt presbyter miſſam dicere lꝫ h. dixerit ꝙ bene poſſit cum populo tantum eccleſiam officiare.
c Amen. Uidetur ergo ſufficere ſi populus reſpondeat ſacerdoti in miſſa. ‡ et ſic eſt cōtra. vij. qō. j. illud. Sed dic ꝙ non reſpondet ppl's officiando miſſam.
d Ut ſono. hoc eſt dicere, ſicut in cōcione laici cōpoſitos ſermones et politos cōſiderāt: ſic viri eccleſiarūꝫ votū et intētionem cōſiderare debent ſacerdotis.
e Itaqꝫ. id eſt quamuis.
f Illa. concio.
g Bona dictio. noletur. nō tamen poteſt dici benedictio. xxviij. diſtinc. presbyterum.
Nullus. Ca ſiue patet in ſumma.
h Opprobriū. Et dicit Auguſti. Ego ſenex a puero nondū annicu lo parat9 ſum edoceri: vt.xxiiij.q.iij. ſi habes. ⁊ ſtultus eſt q̄ bona que videt diſcere cōtemnit: vt.xxij.diſti. de conſtantinopolitana. ⁊ ſi vnū pedem haberem in ſepulchro, alium extra: adhuc vellem diſcere: vt.ff. de fidei cō. libert. apud iulianum. vnde Seneca. Nulla etas ſera eſt ad diſcendum.
Ecce. Hec diſtic. breuis eſt: et ideo non diuiditur.
i Ecce. In tribus ſupradictꝫ diſtinc. demonſtratū eſt epiſcopum debere eſſe prudētem in literis tam diuinis qꝫ ſecularibus. Nunc vero in hac xxxix. diſt. oſtendit ꝙ oportet epiſcopū eſſe prudētem in negocijs ſecularibus, vt ſua cautela reddantur eccleſie indemnes: ⁊ cuiqꝫ neceſſaria pro ſuo modulo miniſtrentur. ⁊ hoc exemplo dñi, qui turbas ſequentes nō ſolum verbis ſpiritualibus, ſed etiaꝫ corporalibus alimentis reficiebat, quā peritiā quia petr9 diaconus non habuit, eſt a dignitate repulſ9 ad quā fuerat electus, vt probat ſequēs ca. qď per ſe patet.
k Habere peritiaꝫ. Et ita hoc eſt adhuc de illo capitu. de quo tractaſ. xxxvj. diſtinct. ſcilꝫ oportet epiſcopuꝫ eſſe prudētem. ſm Hug. et Lau.
l Solertiam. Id eſt induſtriam ſolicitudinem. Solers eñ antiquit9 dicebatur qui erat oñi bona arte inſtruct9. Et dicitur ſolers ꝙ ſit ſolicitus in arte ⁊ vtilis ſm Papiam.
m Pro ſuo modo. Qr plus quandoqꝫ cōferendum eſt vni qꝫ alteri: vt j.q.ij. clerici. xij.q.ij. vulterane. extra de preben. de multa. in fi.
n Petr9. Simplex eſt. Queda eſt ſimplicitas q̄ eſt ꝯtraria dolo: † ⁊ illa eſt bona: vt.xvj. qōe. j. ſi cupis. ſed hic vocat ſimplicitatem, negligentiam ſiue ſtultitiā: vt.xxxvj. diſtinct. in princip. illa enim impedit promouēdum: vt hic, et argu. lxxiiij. diſtinc. epiſcopoꝝ. ſed promotum nō deijcit: ſed datur ei coadiutor: vt.vij q. j. quia fra ter. ⁊.xij. qōe. ij. vobis. tamen iſte petrus non tantum

Impericia nō facit quē puniri.
† Ad idē. lxxiiij. diſt. epoꝝ. i ſi. xxv. qō. ij. in galliarū. i ſi.
‡ Dicit h. hoc qdē verūꝫ eſt: ſꝫ h9 nō colligit h. nō ei dicit ꝙ ppl'us ſic rn̄deat officiādo ⁊c. vt ſequit. de h9. ſ. in gl. ꝓce. Archi.
‡ Hic ter. ꝗtidie allegat ad h9 ꝙ ſacri canones non arcētur grāmaticis regulis.
Incitatio optima ad diſcendum.

j. tim. iij. a.

Pſal. cxxxj. Exo. xxviij.

propter ſimplicitatem fuit remotus, ſed etiā quia ſolidos dedit ad vſuram: vt.xlvij.diſt.de petro.
a ❡Extrinſeca. Debet enim cautus circa ſua negocia eſſe: vt.xxiij.diſtin.qui epiſcopus. ⁊ eſt ſimile.lxxxvj. diſtinct.fratrem. Joannes.

tem cum hereditate innocentie quam per bona opera acquiſiuit. Ueruntamen nullus debet dubitare ſanctum eſſe quem apex tante dignitatis attollit: in quo ſi bona propria deſint, ſufficiunt merita beati Petri vt bone opinionis habeatur. Que ſequuntur vſqꝫ ad capitulū Si papa, plana ſunt.

Oportet quoqꝫ. ¶ Hec diſtinctio diuiditur in ſex partes: in quarum prima probat primo et principaliter ꝙ ornatus debet eſſe ſacerdos, ⁊ ſic om̄es alij clerici vt honorem faciāt ſuis cathedris ⁊ dignitatibus: ⁊ hoc probat p quatuor authoritates. (j.tim. iij.a.) Secunda ibi: Homo chriſtianꝰ. Tertia ibi: Si papa. Quarta ibi: Ante omnia. (Pſal. cxxxj.) Quinta ibi: Illud. Sexta ibi: Multi. (Exo. xxviij.) Jo.de fan.
❡ Caſus. Hic intitulatur.xl.diſtin. in qua proſequitur quintum cap. apoſtolice regule ſcilicet oportet epiſcopum eſſe ornatum: ſed per ornamēta virtutes intelliguntur: et hoc probatur authoritate Pſal. et exemplo ſacerdotum veteris teſtamenti, qui varijs veſtibꝰ vtebātur, que deſignant veſtes interiores, ſcilicet virtutes ⁊ bonos mores quibus ſue cathedre conferant decorem: quem ab ea non accipiunt: nec intelligant ſibi licentiam peccandi conceſſam ex dignitate ſibi data, ſed neceſſitatem bene viuendi: quod probat ſequens capitulum.
b ❡Oportet. Hic proſequitur quintum capitulum apoſtolice regule, oportet epiſcopum eſſe ornatum. Eſt autem duplex ornatus: exterior, et interior. Exterior ornatus conſiſtit in grauitate, et in inceſſu, et in habitu, et in temperantia cibi et potus. De iſto ornatu agitur in proxima ſequenti diſtinctione. Interior ornatus eſt virtus: et de hoc agitur hic: et oſtendit ꝙ locus non dat virtutem nec dignitas: ſed vite meritum. Joannes.
Non nos. ¶ Caſus. Quidam dicebant ꝙ beatus Petrus et ſucceſſores eius licentiam peccandi a domino receperunt cum priuilegio dignitatis. Symmachus autem papa dicit non eſſe verum: quia beatus Petrus tranſmiſit ad poſteros apoſtolicam dignitatem cum hereditate innocentie...

de ſalute animarū: verūetiam de extrinſeca[a] vtilitate ⁊ cautela ſciat eſſe ſolicitus.

❡ Diſtinctio.xl.

Oportet[b] q̄qꝫ eſſe epiſcopum ornatū et hoſpitalem. Per ornamenta epiſcopalia virtutes debent intelligi: que a domino eis repromittuntur duꝫ dicitur. Sacerdotes eius induentur ſalutari. Unde in veteri teſtamento varijs veſtibus ex precepto domini ſacerdotes ornati legūtur: quia multimodis virtutibus debet ſplendere vita pontificis: vt gradui conferat decorem quem ab eo non accepit. non enim loca, ſed vita et mores ſanctum faciunt ſacerdotem. vnde ex officio ſuſcepto non licentiam peccandi, ſed neceſſitatem bene viuendi ſe nouerint aſſecutos.

Unde Symmachus pa.ait.

❡ Officium ſacerdotum non confert, ſed adimit licentiam delinquendi.

Non nos beatum Petrū (ſicut dicitis) a domino cum ſedis priuilegio vel ſucceſſores eius peccandi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille quippe perennem[c] meritorum dotem cum hereditate[d] innocentie tranſmiſit ad poſteros. quod illi conceſſum eſt per actuum[e] lucem, ad illos pertinet quos[f] par conuerſationis ſplendor illuminat. Quis[g] enim ſanctum dubitet eſſe quem apex tante dignitatis attollit? In quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiunt que a loci predeceſſore preſtantur. aut enim claros ad hec faſtigia erigit: aut qui eriguntur illuſtrat[h].

Item Hieronymus.

❡ Filij ſanctoꝶ ſunt qui exercent opera eorum.

Non eſt facile ſtare[i] in loco Petri et Pauli, ſcilicet tenere cathedram regnantium cum chriſto: quia hinc dicitur: non ſanctorum filij ſunt qui tenent loca ſanctorum: ſed qui exercent opera eorum[k].

Item Gregorius.

❡ Morum nobilitas, non loci vel generis ſacerdotes notificet.

c ❡Perennē dotem. Id eſt apoſtolicam, dignitatem p bona merita acquiſitam. †
d ❡Cum hereditate. Id eſt ad hoc trāſmiſit vt eſſent heredes bonitatis ſue. († Arg. xxiiij. q.j. pudenda.)
e ❡Per actuum lucem. Id eſt per bonos actus.
f ❡Quos. Id eſt quia eos.
g ❡Quis enim. Quaſi dicat, et ſi quandoqꝫ forte apoſtolici nō eſſent boni: tamen ſemper preſumuntur eſſe boni. quis enim ⁊c. (Papa ſiue apoſtolicus ſēp p̄ſumit bonus.) Sed nonne contrarium eſt xix. diſtinct. anaſtaſius.xxj.diſtin. nunc autem? Sed non dicitur hic ꝙ ſancti ſunt: ſed ꝙ ſancti preſumuntur, donec contrarium conſtet: quia hereditatem innocentie recipiunt: vt hic dicitur. (Papa d homicidio vł adulterio accuſari nequit.) Sed quid ſi conſtet de ipſo ꝙ adulteriuꝫ commiſit vel homicidium? (Dubitatio notabilis.) Dicit ad hoc ipſe Hug. ꝙ licet non poſſit ‡ accuſari, inde tamē peccat: ⁊ quod hic dicitur bene facere, intelligitur de his que poſſunt eque retorqueri ad bonum vel ad malum: quia ſemper in dubio pro ipſius facto preſumitur. Sed hoc certe idem eſt in quolibet ſacerdote: vt.xj.queſtione.iij.abſit.et.xlj.diſtinctione.capi.j.et.xvj.queſtione.j.ſi clericatus. Reſpond. hoc verum eſt: ſed tamen magis preſumitur pro papa: vt.xciij.diſtinctio.capitu.j.vnde ſacrilegi iſtar eſſet diſputare de facto ‡ ſuo: vt.xvij.queſtio. iiij.§.qui autem. Uel dic ꝙ facta pape excuſantur: vt homicidia Sampſonis, et furta Hebreorum, et adulterium Jacob: vt extra de diuortijs. capitu.gaudemus. Joannes. (‡ Iſta fuit ſententia Laur. dicētis ꝙ q̄ de alijs p̄ſumit vel dubitat: peccat venialiter. q̄ ꝺ papa mortaliter. ar. huiꝰ.§. h alle. q̄ autē.)
h ❡Illuſtrat. Id eſt dat eis occaſionem bene viuēdi: vt.lxxxj.diſt.valet.
i Non eſt. ❡Stare. Digne, ſicut exigit eminentia dignitatis. Hug.
k ❡Opera eorum.xxxv.diſt.ca.eccleſie.